

## PSALMVS LXVI.

AD PRAECINENDVM CANTICVM PSALMI.

ARGVMENTVM PSALMI.

**A** **AD** laudandum Deum propter admirabilem illius potētiam, in asserēdo populo ipsius cū olim, tūm rē-  
cens declaratam, quoscūq; mortales inuitat, gratitudinisq; suae exemplo alijs praludit.

Dispositio Psalmi.

Tres sunt Psalmi huius partes. 1. Prima habetur vers. 1. 2. 3. 4. quibus vniuersam terram ad laudan-  
dum Deum excitat. 2. Altera versibus 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. continetur, quibus ad considerandum ope-  
ra & cōsilia Dei cū prisca, tūm recentia, ad Israēlis liberationem patrata, adhortatur. 3. Tertia habet  
vers. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. quibus suo exemplo gratitudinis formam populo Dei praescribit.



IUBILATE Deo omnis terra.

2. Psallite gloriam nomini eius, date gloriam laudi eius.

3. Dicite Deo, Quam terribilia sunt opera tua: praemultitudine virtu-  
tis tuae mentientur tibi inimici tui.

4. Omnis terra adoret te, &amp; psallat tibi psallat nomini tuo. Selah.

5. Venite &amp; videte opera Dei, quam terribilis sit in consilijs, super filijs hominum.

6. Qui conuertit mare in aridam, in flumine pertransibant pede, ibi letabamur in  
ipso.7. Qui domi natur virtute sua seculo, oculi eius gentes speculantur, defectores non  
extollent seipfos. Selah.

8. Benedicite populi Deo nostro, &amp; auditam facite vocem laudis eius.

9. Qui posuit animas nostras ad vitam, &amp; non dedit in commotionem pedes nostros.

10. Quoniam probasti nos Deus, igne nos conflagasti, sicut conflatur argentum.

11. Induxisti nos in laqueum, posuisti angustiam in lumbis nostris.

12. Equitare fecisti homines super capitibus nostris, venimus in ignem & aquam, &  
eduxisti nos in copiam refrigerij.

13. Ingrediar domum tuam, in holocaustis reddam tibi vota mea.

**B** 14. Quae distinxerunt labia mea, & loquutum est os meum in angustia mea.15. Holocausta medullata offeram tibi cum incenso arietum, faciam tibi boue cum  
hircis. Selah.

16. Venite, audite omnes qui timetis Deum, narrabo quanta fecerit anima mea.

17. Ad ipsum ore meo clamaui, &amp; exaltatus est sub lingua mea.

18. Iniquitatem si spectassem in corde meo, non exauisset Dominus.

19. Iam certè exaudiuit Deus, attendit voci deprecationis meae.

20. Benedictus Deus, qui non amouit orationem meam, nec bonitatem suam à me.

Qui dominatur virtute sua seculo. ] Ebr. וְיָיָהוָה Vulg. Lat. legit In aeternum. Pagnin. In seculum.Equitare fecisti. Ebr. וְיָיָהוָה Vulg. Lat. Imposuisti. Sic Felix.Et exaltatus est sub lingua mea. ] Ebr. וְיָיָהוָה Vulg. Lat. Et exultaui. Sed arbitror scriptorū esse vitium,Nam Græc. habet, καὶ ὑψώθη: id est, Et exaltaui. Sic legit Hieron. Pagnin. Et exaltabitur.

PRIMA PARS.

Videmus pijsimum hunc regem multis Psalmis hoc agere, vt animos populi sibi concrediti in  
fide Dei confirmet, oculosque illi ad obseruanda mirabilia illius facinora, & cor ad gratulandum  
aperiat. Regnum enim habebat hostium insultibus multis modis obnoxium: & praeterea hic po-  
pulus ab vniuerso terrarum Orbe in causa religionis separatus erat: vt necessitas multa fuerit, hu-  
iusmodi Psalmis fidem illius alendi & confortandi, quo assuesceret ab vno Deo suo omnia sibi &  
sperare & petere. Proinde magno studio laudis diuinę formulas illi praescribit, è quibus & ista pre-  
sens est. Studium hoc pij regis imitandum erat & nostris principibus, vt simul declararent, quàm  
neque sua, neq; regnorum suorum, aut alia quapiam Mundi huius, sed Dei potentia & protectio-  
ne & ipsi niterentur, & subditos suos niti cuperent.

Iubilate Deo omnis terra. ] Affectus nota animi in laudem Dei æstuātis. Primū in eo, quòd tot ver-  
bis ad laudandum Deum inuitat, Iubilate, psallite, date gloriam: omnis terra adoret te, psallat tibi, psallat no-  
mini tuo. Deinde, quòd non contentus Israēlis terminis, vniuersam terram excitat ad laudem Dei,  
quasi sensus huius inuitationis ad omnes terræ populos pertingeret: & si pertingeret, locum apud  
illos reperire queat. Tertio, quòd ad iubilandum & psallendū Domino quosuis statim initio Psal-  
mi hortatur, antequā opera illius cōmemoret, quorum ille gratia sit laudandus. Ita solēt animi sen-  
su & consideratione diuinę potētiae & glorię repleti, in laudem statim prorumpere, & ad laudan-  
dū Deum quosuis prouocare, quasi id senserint iam de Deo vniuersi mortales, quod ipsi senserūt.

Dicite Deo, Quam terribilia sunt opera tua. ] Iussit gloriā Deo & nomini eius dare. Id generalius erat,  
Vt enim multifarię sunt virtutes Dei, in Deo laudandæ ac prædicandæ, ita est & gloria Deo danda

O 4 multi

VERS. I.

LECTIO.

Vers. 7.

Vers. 12.

Vers. 17.

Inuitatio ad  
laudandum  
Deum.

Vers. 1. &amp; 2.

Vers. 3.